Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



Fo. LXXIIII

denicꝫ ea ipsa omnia, quibus rei publice occurrẽ monasterij, possunt infirmi operari. quare vt ad hec ⁊ alia fiant aptiores de periti medici consilio quoad fieri possit, cꝫ celerrime fiant robustiores.

Textus q̃dragesimus octauus Augustinus

Nec eant ad balnea, siue quocũcꝫ ire necesse fuerit, minꝰ cꝫ duo vel tres. Et ille q̃ habet aliquo eundi necessitatem, cum quibꝰ prepositꝰ iusserit ire debebit.

Cõmẽtũ q̃dragesimũ octauũ Ambrosius

Quadruplex est cã quare non minus cꝫ duo vel tres ire fratres debent, quocũcꝫ eis ire necesse fuerit. Prima quidẽ vt sacri euangelij consequamur effectus. Ait enim dominꝰ, vbicũcꝫ fuerint duo vel tres cõgregati in nomine meo, in medio eorũ ego sum. quod non in statu solum, sed etiã in incessu potest conuenienter adimpleri, quoniã quẽ admoduꝫ qui simul cõmorant. ita ⁊ qui simul proficiscuntur, in nomine possunt saluatoris conuenire, ceu discipulis euntibus emaus contigit, qui propter eorũ sanctam mentium vnionem non solũ spiritualem consolatorem, sed corporalẽ cuꝫ eis christũ meruerunt de sua resurrectione habere doctorem. Secũda propter solatium consequendum. Maꝫ si nulla sine socio, vt trita sapientum sentencia est, iocunda est possessio, quale potest vnus solus habere solatium. Etenim sic vnus solus carbo succendi non potest, ita nemo solus affici solamen non potest. Tertia ẽ propter euitanda pericula. Nam in precipitium, in latronem, in suffocationem, in ferarum deuorationem, in diuersa egritudinum genera et in alia innumera mala quis solus incedens incurrere posset, que associatus facile euitaret, a sapiente perinde scriptũ est, ve soli qꝛ si ceciderint non habet subleuantem. Quarta est propter bone fame testimoniũ. facile enim est quẽpiam solũ criminari, facile detractoꝛis iaculis in solũ iaciunt. Etenim hoies cũ vidẽt eꝫ monasteriũ monachũ solũ incedentes, mox ad infamie verba prumpunt dicentes, iste vel aliquid dẽ monasterio asportauit vel tãcꝫ impudicꝰ scortum queritat, vel superiori rebellis fugam accepit. Vel alterius generis facinoris quidpiam perpetrauit. Alij vero honestius sub figura loquentes ⁊ nutantes aiunt, quid iste piscis extra aquam facit. Et eo pacto non tm̃ sibi, sed totum est religioni infamie et scandalo. Ob eam rem etiam si vir maxime sit sanctitatis ne sui ac religionis maculet famam, mirum in modum solitarium incessum sibi cauere debet. Hec propẽ fictam humilitatem, aut contemptum sui aut sensum proprium contemnere famaꝫ debet, quoniam, vt christus inquit, maledictus homo qui negligit famã suaꝫ. Et rursus, qui negligit famam suam crudelis est. Hinc preceptoꝛ noster in sermone primo de vita clericoꝝ ait. Nolo vt aliquis de nobis inueniat male viuendi occasionem. Prouideamus enim bona, vt ait Apostolus, non solum coram deo, sed etiam coraꝫ hominibus, propter nos conscientia nostra sufficit nobis, propter nos fama nra non pollui, sꝫ pollere debet in vob. Tenete inquit qđ dixi atcꝫ distinguite, due res sunt, pscia ⁊ fama, pscia tibi, fama primo tuoꝝ addit. Qui fidens pscie sue negligit famã suã crudelis est, et maxime in loco isto positꝰ de q̃ dicit apostolus scribẽs ad discipulum suũ. Circa teipm̃ bonoꝝ opm prebe exemplum, ⁊ in sinone secundo de cõi vita clericoꝝ ab aplica etiã exorsꝰ auctoritate dicit. Spectaculũ facti sumꝰ mũdo angel⁊ hoibꝰ. Qui nos amant querũt q̃d laudẽt in nobis. Qui aũt nos oderũt detrahunt nob. Nos aũt in vtroꝫ medio pstituti adiuuante dño deo nostro, ⁊ vitam nostram ⁊ famam sic custodire debem⁹, vt non erubescant a detractoribꝰ laudatores. Et in li. de sancta virginitate inquit. Non audiendi sunt siue viri siue femine, q̃ quando reprehensi in aliquo negligentia sua, quam fit, vt in malam veniant suspitionẽ vnde suam vitam longe abesse sciunt, dicunt coram deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non imprudẽter solum, veruꝫ crudeliter contemnentes cũ occidunt animas alioꝝ, sive blasphemantium viam dei, quibus pm̃ suam suspitio